ab ultima meotide inter glacialem tanain
et massagetarum inmanes populos. ubi
caucasi rupibus feras gentes alexan
dri claustra cohibent erupisse hunnorum
examina quae pernicibus equis huc illucque
uolitantia caedis pariter ac terroris
cuncta conplerent; Aberat tunc
romanus exercitus et bellis ciuilibus
in italia tenebatur, hanc gentem ero
dotus refert sub dario rege medorum
xx annis orientem tenuisse captiuum
et ab aegyptiis atque aethiopibus annuum
exisse uectigal. Auertat ihesus ab
orbe romano tales ultra bestias; In
sperati ubique aderant et famam cele
ritate uincentes. non religioni non dignita
tibus non aetati non uagientum miserebantur
infantiae; Cogebantur mori qui dudum
uiuere coeperant. et nescientes ma
lum suum. inter hostium manus ac tela ride
bant; Consonus inter omnes rumor pete
re eos hierosolimam et ob nimiam
auri cupiditatem ad hanc urbem currere
remuri neglecta pacis incuria sar
ciebantur, anthiochia tyrus uolens a
terra abrumpere insulam quaerebat
antiquam; Tunc et nos conpulsi sumus
parare naues esse in litore aduentum
hostium praecauere. et seuientibus uen
tis magis barbaros metuere quam
naufragium. Non tam propriae sa
luti quam uirginum castimoniae pro
uidentes; Erat in illo tempore

quaedam apud nos dissensio. et barba
rorum pugnam domestica bella supe
rabant, Nos in oriente tenuit iam
fixas sedes et inueteratum sanctorum loco
rum desiderium illa quae tota in transi
tu erat et in omni orbe peregrinata re
uersa est ad patriam ut ibi pauper uiueret
ubi diues fuerat manens in alieno
quae multos prius hospites habuit,
Et ne sermonem longius traham in cons
pectu romanae urbis pauperibus eroga
uit quod illa teste uendiderat;
Nos hoc tantum modo dolemus quod pretiosissimum
de templis locis monile perdidimus;
Recepit roma quod amiserat. et procax
et maledica lingua gentilium oculorum
testimonium confutata est; Laudent ce
teri misericordiam eius humilitatem fidem
ego ardorem animi plus laudabo.
Librum quo heliodorum quondam iuuenis
ad heremum cohortatus sum tenebat me
moriter et romanae cernens moenia in
clusam se esse plangebat; Oblita se
xus fragilitatis inmemor ac solitudi
nis tantum cupida. ibi erat ubi animo
morabatur, Non poterat teneri consili
is amicorum intra urbem quasi de uinculis
gestiebat erumpere; Dispensationem
pecuniae et cautam distributionem genus
infidelitatis uocabat. Non aliis ele
mosinam tribueres sed suis partem effusis
ipsa pro christo stipes obtabat accipere, si effusa
sic inpatiens erat morarum, ut illam crederes